

De oudste particuliere oorkonden van Werden (Ed. Blok) Nr. 48

Notum fieri cupimus omnibus tam presentibus quam futuris, qualiter nos Meginhard et Gunthard tradidimus ad ecclesiam sancti salvatoris pro remedio animarum nostrarum, que est constructa in pago Rurucgao, in loco qui dicitur Uuerithina, super fluuio Rura, hoc est partem hereditatis nostre in supramemorato pago, in villa nuncupante Uvita, ad XX porcos pastionem; traditumque in perpetuum esse volumus et prumtissima uoluntate confirmamus ut omni tempore firma permaneat cum stipulation subnixa.

Actum in Uuerithina monasterio, ubi conscripta est sub die V idus novembris indictione XIII. Signum Meginhard. Signum Gunthard. Signum Hunbald. Signum Sindolf. Signum Grimuard. Signum Reginbald. Signum Salubald. Signum Hrodger. Signum Ercenger. Signum Reginmar. Signum Uuerinmar. Signum Thiatbald. Signum Frithubald. Ego Reginharius diaconus rogatus scripsi et subscripsi.